Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Liber Esdre I

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

quanto magis latini grati esse debent qui
exultantem cernunt greciam a se aliquid
mutuari. Primum enim magnorum
sumptuum est et infinite difficultatis
exemplaria posse habere omnia. Deinde
etiam qui habuerint et hebrei sermonis
ignari sunt, magis errabunt ignoran-
tes quis e multis verius dixerit. Quod
etiam sapientissimo cuidam nuper apud
grecos accidit ut interdum scripture sen-
sum relinquens unicuilibet interpretum
sequeretur errorem. Nos autem qui hebree
lingue saltem parvam habemus scientiam
et latinus nobis utcumque sermo non deest
et de aliis magis possumus iudicare
et ea que ipsi intelligimus in nostra lingua
promere. Itaque licet excetra sibilet
victorque sinonis incendia iactet numquam
meum iuvante christo silebit eloquium.
etiam precisa lingua balbutiet. Legant
qui volunt, qui nolunt abiciant. et
ventilent apices, litteras calumpnientur.
magis vestra caritate provocabor ad stu-
dium quam illorum detractione et odio de-
terrebor. Explicit prologus. Incipit liber esdre primus.

In anno primo cyri regis
persarum ut impleretur verbum domini ex o-
re iheremie prophete suscitavit dominus spiritum cy-
ri regis persarum et traduxit vocem
in universo regno suo etiam per scripturam
dicens. Hec dicit cyrus rex persarum
Omnia regna terre dedit mihi dominus deus ce-
li. et ipse precepit mihi ut edificarem tem-
plum ei in ierusalem que est in iudea. Quis est
in vobis de universo populo eius? Sit deus
illius cum ipso. ascendat ierusalem que est
in iudea. et edificet domum domini dei israel.
ipse est deus qui est in ierusalem. Et omnes
reliqui in cunctis locis ubicumque ha-
bitant. adiuvent eum viri de loco
suo. et argento et auro et substantia et peco-
ribus. excepto quod voluntarie offe-
runt templo dei quod est in ierusalem. Et sur-
rexerunt principes patrum de iuda et
beniamin. et sacerdotes et levite et om-
nis cuius suscitavit deus spiritum ut ascende-
rent ad edificandum templum domini quod
erat in ierusalem. Universique qui erant
in circuitu adiuverunt manus eorum
vasis argenteis et aureis in substantia et
iumentis in supellectili. exceptis his
que sponte obtulerant. Rex quoque cyrus protulit
vasa templi domini que tulerat nabuch
de ierusalem et posuerat ea in templo dei
sui. Protulit autem ea cyrus rex persarum
per manum mithridatis filii gazabar.
et annumeravit ea sasabasar principi
iude. Et hic est numerus eorum. Fiale au-
ree. xxx. fiale argentee mille. Culti
xxix. Ciphi aurei. xxx. Sciphi argen-
tei secundi. cccc. x. vasa aurea mille.
Omnia vasa aurea et argentea
v. milia et cccc. Universa tulit sasa-
basar cum his qui ascendebant de
transmigratione babylonis in ierusalem.
II Hii sunt autem filii provincie qui
ascenderunt de captivitate quam
transtulit nabuchodonosor rex ba-
bylonis in babylonem et reversi sunt
in ierusalem et iudeam unusquisque in civitatem
suam. qui venerunt cum zorobabel
iosua neemias saraia rahelaia
mardochai belsan mesphar be-
guai reum baana. Numerus
virorum populi israel. Filii phares duo
milia. c. lxx. duo. Filii areth dcc-

lxxv. filii sephetia ccc. lxx v. filii
area dcc. lxxv. filii bethmoab filiorum
iosue et ioab duo milia dccc. xii.
filii helam lxv. filii zechua non
genti. filii zachai septingenti lx.
filii bani dc. xl. duo. filii sebai dc.
xx. tres. filii azad mille xx duo.
filii adonicam sexcenti ~~xxx~~ lx. vi.
filii beguai duo milia. l. vi. fi
lii hadin cccc. l. iiii. filii ather
qui erant ex hiezechia. nonaginta
nove. filii besai. ccc. xx. tres. filii
iorain c. xii. filii asom cc. xx. tres.
Viri netopha l. vi. Viri ana
thot c. xx. octo. filii azmareth
xl. duo. filii cariathiarim cephi
ara et beroth dcc. lx. tres. filii ra
ma et gaba. sexcenti xx. un. Viri
machmas c. xx. duo. Viri bethel
et ai cc. xx. tres. filii nebo. l. duo.
filii megubis c. l. sex. filii helam
alterius mille. l. iiii. filii arin ccc.
xx. filii lodadit et ono cc. xx. quinque.
filii hiericho ccc. xl. v. filii senaa
tria milia dc. xxx. Sacerdotes filii
adaia in domo iesue nongenti. l.
xx. tres. filii emer mille. l. duo.
filii phessur mille cc. xl. vii. filii
arim mille decem et vii. Levite
filii iesue et cedmihel filiorum ode
uia septuaginti iiii. Cantores
filii asaph cc. xx. viii. filii ianu
torum filii sellum. filii ather. filii
thelmon. filii accub. filii atita
filii sobai. universi c. xxx. ix. Na
thinei filii sia. filii asupha. filii
thebbaoth. filii cheros filii saa
filii phadon. filii lebona. filii a

baga. filii acchub. filii siba. filii an
nan. filii gidel. filii gichar. filii ra
aia. filii rasin. filii nechoda. filii ga
zem. filii asa. filii asta. filii besee.
filii asenaa. filii munim. filii nesu
si. filii bagbuc. filii acuba. filii a
tur. filii basluth. filii mauam. filii
arsa. filii berchos. filii sisara. filii
thama. filii nesia. filii athupha. fi
lii servorum salomonis. filii sothai.
filii sipphereth. filii pharuda. filii
ala. filii dercon. filii gedel. filii sapha
ta. filii athil. filii phenet de asaban
filii amim. Omnes nathinnei et filii
servorum salomonis ccc. lxxx duo. Et hii
qui ascenderunt de thelmela thelar
sa cherub et don et mer. et non potuerunt
iudicare domum patrum suorum et semen
suum. utrum ex israel essent. filii delaia
filii thobia. filii negoda dc. l. duo.
Et de filiis sacerdotum filii thobia. fi
lii acchos. filii bercellai. qui accepit
de filiabus bercellai galaditis uxo
rem. et vocatus est nomine eorum. Hii
quesierunt scripturam genealogie sue
et non invenerunt et eiecti sunt de sacerdo
tio. Et dixit ather satha eis ut non co
mederent de sancto sanctorum donec surgeret
sacerdos doctus atque perfectus. Omnis
multitudo quasi unus xl. ii. milia. tre
centi lx. exceptis servis eorum et an
cillis. qui erant vii milia. trecen
ti xxx vii. Et in ipsis cantores atque can
tatrices cc. Equi eorum dc. xxx. vi.
Muli eorum cc. xlv. Cameli eorum ccc
xxv. Asini eorum sex milia septingen
ti xx. Et de principibus patrum cum ingre
derentur templum domini. quod est in ierusalem

sponte obtulerunt i domu dni ad ex
truendam eam i loco suo. Secdm
uires suas dederunt impensas opi
auri solidos xl milia. et mille argti
mnas. v milia. Et uestes sacerdota
les .c. Habitauerunt ergo sacerdotes et
leuite de ppło et cantores et ianitores
et nathinnei in urbibz suis. uniu
sus qz isrł in ciuitatibz suis.

III

Iam qz uenerat msis septimus. et erant
filii isrł in ciuitatibz. Congregatus est ergo
pp̄s quasi uir un9 in ierłm. Et surrexit
iosue filius iosedech et frs eius sa
cerdotes et zorobabel filius salathiel
et frs eius. Et edificauerunt altare dei
isrł. ut offerrent i eo holocaustoma
ta. sic scriptum e in lege moysi uiri
dei. Collocauerunt aut altare sup base
suas. deterrentibz eos p circuitum ppłis
terraz. Et obtulerunt sup illud holo
caustu dno mane et uespe. Feceruntqz
sollempnitatem tabnaculorum. sicut
scriptum e. et holocaustum diebz si
gulis p ordinem secdm pceptu op9
diei in die suo. et post hec holocaustu
iuge tam i kalendis qm i uniu
sis sollempnitatibz dni q erant
consecrate. et omnibz i quibz ultro offe
rebat mun9 dno. A primo die mensis
septimi ceperunt offerre holocau
stum dno. Porro templu dei necdu
fundatu erat. Dederunt aut pecunias
latomis. et cementariis. cibu qz et po
tum et oleum sidoniis tyriisqz. ut
deferrent ligna cedrina de lybano
ad mare ioppen. iuxta qd pceperat cy
rus rex psarum eis. Anno aut secdo
aduentus eorum ad templu dei qd e i
ierłm. mense secdo. ceperunt zoroba
bel filius salathiel. et iosue filius
iosedech. et reliqui de fribz eorum sac
dotes et leuite. et omis qui uenerant
de captiuitate in ierłm. et constituerunt
leuitas a xx annis et s. ut urgerent
opus dni. Stetitqz iosue et filii ei9 et
frs eius. et cedmihel et filii eius et
filii iuda quasi uir un9 ut instarent sup
eos qui faciebant op9 i templo dni.
filii enadab filii eorum et frs eorum leui
te. Fundato igr templo dni a cemen
tariis. steterunt sacerdotes in ornatu
suo cum tubis et leuite filii asaph
i cymbalis ut laudarent dnm per
manus dauid regis isrł. Et concine
bant i ymnis et confessione dno qm
bon9 qm i eternum mia ei9 sr isrł.
Omnis qz pp̄s uociferabat clamo
re magno in laudando dnm. eo
qd fundatum esset templu dni. Plu
rimi etia de sacerdotibz et leuitis. et
principes patrum et seniores qui uide
rant templum prius cum fundatum
esset et hoc templum i oculis eorum. flebant
uoce magna. Et multi uociferan
tes in leticia eleuabant uocem.
Nec poterat quisqz cognoscere uoce
clamoris letantium. et uoce flet9
ppłi. Commixtim enim pp̄s uocifera
batur clamore magno. et uox au
diebat pcul. Audierunt aut ho
stes iude et beniamin qz filii capti
uitatis edificarent templu dno deo
isrł. et accedentes ad zorobabel
et ad principes patrum. dixerunt eis. E
dificem9 uobiscum. qz ita ut uos q
rimus dnm uestrum. Ecce nos immolam9

victimas ex diebus Asoradon regis
Assur qui adduxit nos huc. Et dix-
it eis Zorobabel et Iosue et reliqui prin-
cipes patrum Israel. Non est vobis et no-
bis ut edificemus domum domino deo nostro,
sed nos ipsi soli edificabimus domi-
no deo nostro, sicut precepit nobis Cyrus
rex Persarum. Factum est igitur ut populus terre
impediret manus populi Iude et tur-
baret eos in edificando. Conduxerunt
autem adversus eos consiliatores ut
destruerent consilium eorum omnibus die-
bus Cyri regis Persarum, et usque ad re-
gnum Darii regis Persarum. IIII

In regno autem Assueri in principio regni
eius scripserunt accusationem adver-
sus habitatores Iude et Ierusalem. Et in di-
ebus Artaxersis scripsit Beselam Mi-
thridates et Tabel et reliqui qui erant
in consilio eorum ad Artaxersen regem
Persarum. Epistola autem accusationis
scripta erat syriace et legebatur ser-
mone syro. Reum Beeltheem et
Samsai scribe scripserunt epistolam
unam de Ierusalem Artaxersi regi huius-
cemodi. Reum Beeltheem et Samsai
scribe et reliqui consiliatores eorum Di-
nei et Pharsathei Arphasei Erchu-
ei Dacei Elamite et ceteri de gentibus
quas transtulit Asennaphar magnus
et gloriosus et habitare eas fecit in civitatibus
Samarie et reliquis regionibus
trans flumen in pace. Hoc est exem-
plar epistole quam miserunt ad eum.
Artaxersi regi servi tui viri qui
sunt trans flumen salutem dicunt. No-
tum sit regi quod Iudei qui ascende-
runt a te ad nos venerunt in Ierusalem civi-
tatem rebellem et pessimam quam edifi-
cant extruentes muros eius et parie-
tes componentes. Nunc igitur notum sit re-
gi quia si civitas illa edificata fuerit
et muri eius instaurati, tributum et ve-
ctigal et annuos reditus non dabunt
et usque ad reges hec noxa perveniet.
Nos ergo memores salis quod in pala-
tio comedimus et quia lesiones regis vi-
dere nefas ducimus, idcirco misimus et
nuntiavimus regi ut recenseas in
libris hystoriarum patrum tuorum et inve-
nies scriptum in commentariis et scies
quia urbs illa urbs rebellis est et nocens
regibus et provinciis et bella concitantur
in ea ex diebus antiquis. Quam ob rem
et civitas ipsa destructa est. Nuntiamus
nos regi quoniam si civitas illa edifica-
ta fuerit et muri ipsius instaurati,
possessionem trans flumen non habebis.
Verbum misit rex ad Reum Beelthe-
em et Samsai scribam et ad reliquos
qui erant in consilio eorum habitatores Sa-
marie et ceteris trans flumen salutem
dicens et pacem. Accusatio quam mi-
sistis ad nos manifeste lecta est
coram me. Et a me preceptum est et
recensuerunt inveneruntque quoniam illa
civitas a diebus antiquis adversum
reges rebellat et seditiones et prelia
concitantur in ea. Nam et reges fortis-
simi fuerunt in Ierusalem qui et dominati sunt
omni regioni que trans flumen est. Tribu-
tum quoque et vectigal et reditus acci-
piebant. Nunc ergo audite sententiam
ut prohibeatis viros illos et urbs
illa non edificetur donec si forte a me
iussum fuerit. Videte ne negligenter

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

hec impleant et paulatim crescat
malum contra reges. Itaque exem
plum edicti artaxersis regis lectum
est coram reum beeltheem et samsai
scriba et consiliariis eorum. Abierunt
festinanter in ierusalem ad iudeos et prohibu
erunt eos in brachio et robore. Tunc
intermissum est opus domus dei in ierusalem
et non fiebat usque ad annum secundum regni
darii regis persarum. V
Prophetaverunt autem aggeus pro
pheta et zacharias filius addo
prophetantes ad iudeos qui erant in iude
a et ierusalem in nomine dei israel. Tunc sur
rexerunt zorobabel filius salathiel
et iosue filius iosedech et ceperunt edi
ficare templum dei in ierusalem et cum
eis prophete dei adiuvantes eos. In ipso
autem tempore venit ad eos tathannai
qui erat dux trans flumen et starbuzan
nai et consiliarii eorum sicque dixerunt
eis. Quis dedit vobis consilium ut do
mum hanc edificaretis et muros hos
instauraretis. Ad quod respondimus eis. que
essent nomina hominum auctorum illius
edificationis. Oculus autem dei eorum factus
est super senes iudeorum et non potuerunt inhi
bere eos. Placuitque ut res ad darium
referretur et tunc satisfacerent adversus
accusationem illam. Exemplar
epistole quam misit tathannai dux regi
onis trans flumen et starbuzannai
et consiliatores eius apharsacei qui
erant trans flumen ad darium regem. Sermo
quem miserant ei sic scriptus erat. Da
rio regi pax omnis. Notum sit regi
isse nos ad iudeam provinciam ad do
mum dei magni que edificatur lapide
inpolito et ligna ponuntur in parietibus.
opusque illud diligenter extruitur et
crescit in manibus eorum. Interrogavimus
ergo senes illos et ita diximus eis.
Quis dedit vobis potestatem ut do
mum hanc edificaretis et muros in
staureretis. Sed et nomina eorum quesi
vimus ab eis ut nuntiaremus tibi que
scripsimus que nomina virorum qui sunt
principes in eis. Huiuscemodi autem
sermonem responderunt nobis dicentes.
Nos sumus servi dei celi et terre et edi
ficamus templum quod erat extructum
ante hos annos multos. quodque rex
israel magnus edificaverat et extrux
erat. Postquam autem ad iracundiam
provocaverunt patres nostri deum celi et tradi
dit eos in manus nabuchodonosor
regis babylonis chaldei. domum quoque
hanc destruxit et populum eius transtulit
in babilonem. Anno autem primo cyri
regis babylonis. cyrus rex proposu
it edictum. ut domus dei edifica
retur. Nam et vasa templi dei au
rea et argentea que nabuchodonosor
tulerat de templo quod erat in ierusalem
et asportaverat ea in templum baby
lonis. protulit cyrus rex de templo
babylonis et data sunt salaba
sar vocabulo. quem et principem consti
tuit. Dixitque ei. Hec vasa tolle et
vade et pone ea in templo quod est
in ierusalem. et domus dei edificetur
in loco suo. Tunc itaque salabasar il
le venit et posuit fundamenta tem
pli dei in ierusalem. et ex eo tempore usque
nunc edificatur et necdum completum
est. Nunc ergo si videtur regi bonum

recenseat in bibliotheca regis que est
in babilone · utrum · nam a cyro
rege iussum sit · ut edificaretur domus
dei in ierusalem · et uoluntatem regis super
hac re · mittat ad nos ·

VI

Tunc darius rex precepit · et
recensuerunt in bibliothe
ca librorum repositi qui erant in ba
bilone · Et inuentum est in ecbata
nis quod est castrum in meadena pro
uintia uolumen unum · talis quoque scriptus
erat in eo commentarius · Anno primo
cyri regis · cyrus rex decreuit ut
domus dei que est in ierusalem edifica
retur in loco ubi immolent hostias
et ut ponant fundamenta suppor
tantia altitudinem cubitorum lx
et latitudinem cubitorum lx · ordi
nes de lapidibus impolitis tres et
sic ordines de lignis nouis · Sump
tus autem de domo regis dabuntur · Sed
et uasa templi dei aurea et argentea
que nabuchodonosor tulerat de domo in
ierusalem · et attulerat ea in babylone
reddantur et referantur ierusalem in tem
plo in locum suum · que et posita sunt in
templo dei · Nunc ergo tatannai
dux regionis que est trans flumen
starbuzannai et consiliarii uestri a
pharsacei qui estis trans flumen
procul recedite procul ab illis · et dimit
tite fieri templum dei illud a duce
iudeorum · et a senioribus eorum · et domum
dei illam edificent in loco suo · Sed
et a me preceptum est quid oporteat
fieri a presbiteris iudeorum illis · ut edifi
cetur domus dei · scilicet ut de archa
regis · id est de tributis que dantur de re
gione trans flumen · studiose sumptus
dentur uiris illis · ne impediatur opus ·
Quod si necesse fuerit ut immolent uitu
los et agnos et hedos in holocaustum deo
celi · frumentum · uinum et sal et oleum
secundum ritum sacerdotum qui sunt in ierusalem
detur eis per dies singulos · ne sit in
aliquo querimonia · Et offerant obla
tiones deo celi · orentque pro uita regis
et filiorum eius · A me ergo positum est
decretum · ut omnis homo qui hanc
mutauerit iussionem tollatur lignum
de domo ipsius · et erigatur et configatur
in eo · domus autem ipsius publicetur ·
Deus autem qui habitare fecit nomen suum
ibi dissipet omnia regna et populum qui
extendit manum suam ut repugnet
et dissipet domum dei illam que est in ierusalem ·
Ego darius dedi decretum quod studio
se impleri uolo · Igitur tatannai dux re
gionis trans flumen et starbuzannai et
consiliarii eius · secundum quod preceperat da
rius rex sic diligenter executi sunt ·
Seniores autem iudeorum edificabant
et prosperabantur iuxta prophetiam aggei
prophete et zacharie filii addo · Et edi
ficauerunt et construxerunt iubente deo
israel · et iubente cyro et dario et artax
erse regibus persarum · et compleuerunt
domum dei istam usque ad diem tertium
mensis adar · qui est annus sextus re
gni darii regis · Fecerunt autem filii israel
sacerdotes et leuite et reliqui filiorum
transmigrationis dedicationem domus
dei in gaudio · et obtulerunt in dedica
tionem domus dei uitulos · c · arietes
cc · agnos quadringentos · hyrcos capra
rum pro peccato totius israel · xii · iuxta numerum

tribuum filiorum isrl. Et statuerunt sac
dotes in ordinibus suis et levitas in
vicibus suis. sup opa dei in ierl'm.
sic scriptum est in libro moysi. Fe
cerunt aut filii transmigrationis pa
scha. qrtadecima die mensis primi.
Purificati eni fuerant sacdotes et
levite quasi unus. omnes mundi ad
imolandum pascha universis filiis
transmigrationis et fratribus suis sacdo
tibus et sibi. Et comederunt filii isrl
qui reversi fuerant de transmigratione et
omnis qui se separaverant a coinquinatione
gentium terre ad eos. ut quererent dominum
deum isrl. Et fecerunt sollempnitatem
azimorum vii diebus in letitia. quia le
tificaverat eos dominus et converterat cor
regis assur ad eos. ut adiuvaret
manus eorum in opere domus domini dei isrl.

VII

Post hec aut verba in
regno artaxersis regis persa
rum. esdras filius saraie filii aza
rie filii helchie. filii sellum. filii
sadoch. filii acitob filii amarie.
filii azarie. filii marhioth. filii
zaraie. filii ozi. filii bocci. filii
abisue. filii phinees. filii eleazar.
filii aaron sacdotis ab initio. ipse
esdras ascendit de babylone. Et
ipse scriba velox in lege moysi quam
dedit dominus deus isrl. Et dedit rex secundum
manum domini dei eius sup eum pe
titionem eius. Et ascenderunt de fi
liis isrl. et de filiis sacdotum. et de fi
liis levitarum. et de cantoribus. et de ia
nitoribus. et de nathinneis in ierl'm
anno septimo artaxersis regis.
Et venerunt in ierl'm mense quinto
ipse est annus septimus regis. quia in
primo die mensis primi cepit a
scendere de babylone. et in primo die
mensis quinti venit in ierl'm iuxta
manum dei sui. bonam sup se. Esdras
aut paravit cor suum ut investigaret
legem domini et faceret et doceret in isrl
preceptum et iudicium. Hoc est aut
exemplar epistole edicti quod dedit rex
artaxerses esdre sacdoti scribe e
rudito in sermonibus et in preceptis
domini et in cerimoniis eius in isrl.
Artaxerses rex regum esdre sac
doti scribe legis dei celi doctissimo.
salutem. A me decretum est ut cuicumque
placuerit in regno meo de populo
isrl et de sacdotibus eius et de levitis
ire in ierl'm. tecum vadat. A facie
enim regis. et vii. consiliariorum eius
missus es ut visites ~~iudeam~~ iudeam
et ierl'm in lege dei tui que est in manu
tua. et ut feras argentum et aurum quod
rex et consiliatores eius sponte ob
tulerunt deo isrl. cuius in ierl'm tab
naculum est. Et omne argentum et
aurum quodcumque inveneris in universa
provintia babylonis et populus offerre
voluerit. et de sacdotibus qui sponte
obtulerint + domui + dei sui que est in ierl'm
libere accipe. et studiose eme de hac
pecunia vitulos. arietes. agnos
et sacrificia et libamina eorum. et offer
ea sup altare templi dei vestri. quod
est in ierl'm. Sed et si quid tibi et fratribus
tuis placuerit de reliquo argen
to et auro. ut faciatis iuxta volunta
tem dei vestri facite. Vasa quoque que
dantur tibi in ministerium domus dei tui

trade in conspectu dei in ierlm. Sz 7 ce
tera quibz opus fuerit in domo dei tui
quantumcumqz necesse est ut expendas
dabis de thesauro regis 7 de fisco. Et
a me ego artaxerses rex statui atqz
decreui omnibz custodibz arche pu
blice qui sunt trans flumen. ut quodcumqz
petierit a uobis esdras sacerdos scriba
legis dei celi. absqz mora detis usqz
ad argenti talenta. c. 7 usqz ad cho
ros frumenti. c. 7 usqz ad uini ba
tos. c. 7 usqz ad batos olei. c. sal uero
absqz mensura. Omne quod ad ritum
dei celi pertinet tribuatur diligenter in
domo dei celi. ne forte irascatur contra
regnum regis 7 filiorum eius. Vobis quoqz
notum facimus de uniuersis sacerdotibus
7 leuitis. cantoribz 7 ianitoribz na
thinneis 7 ministris domus dei huius
ut uectigal 7 tributum 7 annonas
non habeatis potestatem imponendi super eos.
Tu autem esdra secundum sapientiam dei tui
que est in manu tua. constitue iudices 7
presides. ut iudicent omni populo qui est
trans flumen. his uidelz qui nouerunt le
gem dei tui. Sz 7 imperitos docete li
bere. Omnis qui non fecerit legem dei tui
7 legem regis diligenter. iudicium erit
de eo. siue in mortem. siue in exilium
siue in condempnationem substancie eius uel
certe in carcerem. Benedictus dominus deus
patrum nostrorum qui dedit hoc in corde
regis ut glorificaret domum domini que est
in ierlm. 7 in me inclinauit miam
suam coram rege 7 consiliatoribus eius
7 uniuersis principibz regis potenti
bus. Et ego confortatus manu domini dei
mei que erat in me. congregaui de israel
principes qui ascenderent mecum.

Hii sunt ergo principes VIII
familiarum 7 genealogia eorum
qui ascenderunt mecum in regno artax
sis regis babylonie. De filiis phi
nees gerson. De filiis ithamar. da
niel. De filiis dauid attus. De filiis
sechenie 7 filiis pharos. zacharias.
7 cum eo numerati sunt uiri. c. l^ta. De fi
liis phetmoab. helioenai. filius
zareie. 7 cum eo. cc^ti. uiri. De filiis
sechenie filius hiezechiel 7 cum eo
ccc^ti uiri. De filiis addan abeth filius
ionathan. 7 cum eo l^ta uiri. De filiis
helam ysaias filius athalie. 7 cum
eo lxx^ta uiri. De filiis safatie zebe
dias filius michahel. 7 cum eo octo
ginta uiri. De filiis ioab abdia
filius iehiel. 7 cum eo cc^ti x. 7 octo
uiri. De filiis salomith filius iosphie
7 cum eo. c. lx^ta uiri. De filiis bebai.
zacharias filius bebai. 7 cum eo xx^ti
7 viii uiri. De filiis ezgad iohan
nan filius eccetan. 7 cum eo. c. x.
uiri. De filiis adonicam qui erant
nouissimi. 7 hec nomina eorum. elife
leth. 7 hiehel 7 samaias. 7 cum eis
lx^ta uiri. De filiis beguy. uthai.
7 zaccur. 7 cum eis lxx^ta uiri. Congre
gaui autem eos ad fluuium qui decurrit
ad hauua. 7 mansimus ibi diebus tribus.
Quesiuiqz in populo 7 in sacerdotibz de
filiis leui 7 non inueni ibi. Itaqz mi
si 7 eliezer 7 ariel 7 semeiam et
helnathan 7 iarib 7 helnathan 7 nathan 7 zachariam
7 mosollam principes. 7 ioarib et
helnathan sapientes. 7 misi eos
ad eddo qui est princeps in casphie loco. Et
posui in ore eorum uerba que loquerentur
ad addom 7 ad fratres eius nathineos

in loco casphie ut adducerent nob mi
nistros domus dei nri. Et adduxerunt
nob p manu dei nri bona sup nos.
uiru doctissimu de filijs mooli filij
leui filij isrl. et sarabiam et filios e
et fr̃s eius .x. et octo. et asabiam. et cu eo
isaiam de filijs merari. fr̃s eius et
filios eius .xx. et de nathinneis quos
dederat dd̃ et principes ad ministeria
leuitar nathinneos .cc.xx. Oms hu
ius nominibz uocabant. Et pdicaui
ibi ieiuniu iux fluuiu hauua. ut
affligerem coram dno do nro. et
peteremus ab eo uiam recta nob et fi
lijs nris. uniuseq substancie nre. Erubui
eni pete regem auxiliu et equites q
defenderent nos ab inimico i uia. quia
dixeramus regi. Manus dei nri e sr̃
oms qui qrunt eum i bonitate. et
imperiu eius et fortitudo ei et furor su
p oms qui derelinquunt eu. Ieiunauim
au et rogauim dnm nrm p h et eue
nit nobis pspe. Et separaui de pnci
pibz sacdotum .xii. sarabiam asa
biam. et cum eis de fr̃ibz eor dece.
Appendiq eis argentu et auru et
uasa osecrata domus di nri. q ob
tulerat rex et osiliatores eius. et
pncipes eius. uniusq isrl eor q
inuenti fuant. Et appendi i manibz
eor argenti talenta sexcenta. et
crateras aureas .xx. que hebant
solidos millenos. et uasa eris fulge
tis optimi. duo pulch ut auru. et
dixi eis. Vos sci dni. et uasa sca. et
argentu et aurum qd sponte obla
tum e dno do prm nror. Vigila
te et custodite. donec appendatis
cora principibz sacdotum et leui

tar et ducibz familiar i isrl. i ierlm
in thesaurum domus dei. Susceperunt
au sacerdotes et leuite pond argen
et auri et uasor. ut deferent ierlm
domu dni dei nri. Pmouim ergo
a flumine hauua duodecimo die
msis pmi ut pgerem ierlm. et
manus dei nri fuit sup nos. et li
beraui nos de manu inimici et insi
diatoris in uia. Et uenim ierlm
et mansim ibi tribz diebz. Die au
qrta appensum e argentu et auru
et uasa in domo di nri p manu
meremoth filij urie sacdotis. et cu
eo eleazar fili phinees. et cu eis
iozaded filius iosue. et noadaia fi
lius benoi leuite iux numer et
pond omn. descriptumq e omne po
d in tempe illo. Sz et qui uenant
de captiuitate filij transmigratois
obtulerunt holocaustomata do isrl.
uitulos .xii. p omni isrl. arietes
nonaginta .vi. agnos .lxxvii. hi
cos p pcco .xii. omnia i holocaustu
dno. Dederunt au edicta reg satra
pis qui erant de conspectu regis et
ducibz transfluminis. Et eleuauert
ppl̃m et domum dei. IX

Postqm au h completa s. ac
cesserunt ad me pncipes
dicentes. Non e separatus pp isrl
et sacdotes et leuite a pplis terrar.
et de abhomiacionibz eor chana
nei uidelz et ethei. et ferezei. et iebu
sei. et amanitar. et moabitar. et
egiptior et amorreor. Tulerunt
eni de filiabz eor sibi et filijs suis
et omiscuerunt semen scm isrl cum
pplis terrar. Manus etia pncipu

et magistratuum fuit in transgressione
hac prima. Cumque audissem sermo-
nem istum, scidi pallium meum et tu-
nicam et evulsi capillos capitis
mei et barbe, et sedi merens. Con-
venerunt autem ad me omnes qui time-
bant verbum dei israel pro transgressione
eorum qui de captivitate venerant,
et ego sedebam tristis usque ad sac-
rificium vespertinum. Et in sacrificio
vespertino surrexi de afflictione
mea, et scisso pallio et tunica cur-
vavi genua mea et expandi
manus meas ad dominum deum meum
et dixi: Deus meus confundor et erubesco
levare faciem meam ad te, quoniam in-
iquitates nostre multiplicate sunt
super caput nostrum, et delicta nostra cre-
verunt usque in celum a diebus pa-
trum nostrorum. Sed et nos ipsi peccavimus
graviter usque ad diem hanc, et in iniqui-
tatibus nostris traditi sumus ipsi et
reges nostri et sacerdotes nostri in ma-
num regum terrarum, et in gladium et in
captivitatem et in rapinam et in confusi-
onem vultus, sicut et in die hac. Et nunc
quasi parum et ad momentum facta est
deprecatio nostra apud dominum deum nostrum,
ut dimitterentur nobis reliquie et da-
retur paxillus in loco sancto eius, et
illuminaret oculos nostros deus noster et daret
nobis vitam modicam in servitute
nostra, quia servi sumus. Et in servitute
nostra non dereliquit nos deus noster et incli-
navit super nos misericordiam coram re-
ge persarum ut daret nobis vitam et sub-
limaret domum dei nostri et extrueret
solitudines eius, et daret nobis spem
in iuda et ierusalem. Et nunc quid dicemus
deus noster post hec, quia dereliquimus man-
data tua, que precepisti in manu ser-
vorum tuorum prophetarum dicens: Terra
ad quam ingredimini ut possideatis eam,
terra immunda est iuxta immunditiam
populorum ceterarumque terrarum abhominatione
eorum qui impleverunt eam ab ore usque
ad os in coinquinatione sua. Nunc
ergo filias vestras ne detis filiis eo-
rum, et filias eorum non accipiatis filiis
vestris, et non queratis pacem et prosperitatem
eorum usque in eternum, ut confortemini et
comedatis que bona sunt terre, et he-
redes habeatis filios vestros usque in seculum.
Et post omnia que venerunt super nos
in operibus nostris pessimis et in delicto
nostro magno, quia tu deus noster liberasti
nos de iniquitate nostra et dedisti
nobis salutem sicut est hodie, ut non
converteremur et irrita faceremus man-
data tua, neque matrimonia iunge-
remus cum populis abhominationum
istarum. Numquid iratus es nobis usque
ad consummationem, ne dimitteres nobis
salutem et reliquias? Domine deus israel iu-
stus tu; quoniam derelicti sumus qui salva-
remur sicut in die hac. Ecce co-
ram te sumus in delicto nostro; non enim
stari potest coram te super hoc.
X
Sic ergo orante esdra et im-
plorante eo et flente et iacen-
te ante templum dei, collectus est
ad eum de israel cetus grandis ni-
mis virorum et mulierum puerorumque,
et flevit populus multo fletu. Et respondit
sechenias filius iehihel de filiis
elam et dixit esdre: Nos prevaricati
sumus in deum nostrum et duximus alieni-
genas uxores de populis terre. Et nunc

sic p'ua in isrl' sup h' p'uricam' fed'i
tum dño d'o n'ro ⁊ p'uricamus uniu'
sas uxores ⁊ eos qui de hiis nati s'.
Iuxta uoluntatē dñi ⁊ eor qui ti
ment p'ceptum di n'ri secdm lege
fiat. Surge tuū ē discernere nosq;
erim' tecum. ꝯfortare ⁊ fac. Sur
rexit ergo esdras ⁊ adiurauit pri
cipes sacerdotum ⁊ leuitar' ⁊ oēm
isrl' ut facerent scdm u'bum h'. Et
iurauerūt. Et surrexit esdras ante
domū di ⁊ abiit ad cubiculū ioha
nan filii eliasib ⁊ ingressus ē illuc.
Panē n̄ comedit ⁊ aquā n̄ bibit.
Lugebat eni trāsgressionē eor q̄ de
captiuitate uenerant. Et missa ē
uox ī iuda ⁊ ir'lm omnib; filiis t'nsmigra
onis. ut ꝯgregarentur i ier'lm. Et oīs
qui n̄ uenerit in trib; dieb; iux' ꝯsi
liū p'ncipum ⁊ senior' auferetur
uniu'sa sba eius ⁊ ip'e abiciet' de
cetu transmigrationis. Conuenerūt
ig' oms uiri iuda ⁊ beniamin in ir'lm
trib; dieb; ip'e ē mensis non' uice
simo die m'sis. Et sedit omis pp'ls
ī platea dom' dni trementes p' pecca
⁊ pluuiis. Et surrex' esdras sacerdos
⁊ dixit ad eos. Vos transgressi estis
⁊ duxistis uxores alienigenas ut
adderetis sup' delictū isrl'. Et nūc date
ꝯfessionem dño do patrum uror ⁊ fa
cite placitū eius ⁊ separamini a p'p'ls
terre ⁊ ab uxorib; alienigenis. Et
r'ndit uniu'sa multitudo dixitq; uo
ce magna. Iuxta u'bum tuū ad nos
sic fiat. Uerumtn̄ qr p'p'ls multus ē et
temp' pluuie ⁊ n̄ sustinem' stare
foris ⁊ opus n̄ ē diei uni' ul' duor'.
uehementer quippe peccauim' ī ser
mone isto. ꝯstituant' principes in
uniu'sa multitudie ⁊ oēs ī ciuitati
b; n'ris qui duxerūt uxores alieni
genas. ueniant ī temporib; statutis
⁊ cū hiis seniores p' ciuitatē ⁊ ciui
tem ⁊ iudices eius. donec auertat'
ira di n'ri a nob sup peccto h'. Ig' iona
than filii asahel ⁊ iazias filii the
cue steterūt sup h' ⁊ messolam ⁊
sebethai leuites adiuuerūt eos.
Feceruntq; sic filii transmigrationis.
Et abierūt esdras sacerdos ⁊ uiri p'ncipes
familiar' in domos patrum suor' ⁊
oms p' noīa sua. Et sederūt ī die pri
mo m'sis decimi. ut q'rerent rem.
Et ꝯsūmati s' oēs uiri qui duxerūt
uxores alienigenas. usq; ad die
primam m'sis primi. Et inuenti s' de
filiis sacerdotum qui duxerūt uxo
res alienigenas de filiis iosue fi
lii iosedech ⁊ fr'es eius maasia ⁊
eliezer ⁊ iarib ⁊ godolia. Et dederūt
manus suas ut eicerent uxores
suas ⁊ p delicto suo arietem de o
uib; offerrent. Et de filiis emmer
anani ⁊ zebedia. Et de filiis herim.
maasia ⁊ elia ⁊ semeia ⁊ iethiel ⁊
ozia. Et de filiis phessur helioena
i maasia ismahel nathanahel
⁊ ozabeth ⁊ helesa. De filiis leuitar'
iozabeth ⁊ semei ⁊ selaia. Ip'e ē ca
lita phaaia iuda ⁊ eliezer. Et de
cantorib; eliasib. Et de ianitorib;
sellum ⁊ thelem ⁊ huri. Et ex isrl' de
filiis pharos remeia ⁊ ezia ⁊ mel
chia ⁊ gami ⁊ banea. ⁊ de filiis ela
mathania zacharias ⁊ iehiel ⁊ ab
di ⁊ rimoth ⁊ helia. Et de filiis ze
thua helioenai eliasib matha

nia ⁊ ieremuth ⁊ zabed ⁊ aziza. Et
de filiis bebai. iohannan. anania
⁊ zabbai. athalai. Et de filiis beni.
mosollam ⁊ melluch ⁊ adaia. iasub
⁊ saal ⁊ ramoth. Et de filiis phet mo
ab. edna ⁊ chalal. banaias. maa
sias. mathanias beseleel ⁊ bennui
⁊ manasse. Et de filiis arem eliezer
iesua. melchias. semeias. symeon.
beniamin. moloch. samarias. De
filiis asom. mathania. nathanai.
mathetha. zabeth. eliphelech. ierma
i. manasse. semei. De filiis bani
maaddi. amram ⁊ huel. banaas ⁊
bedias. chelian. banni. amarimuth.
⁊ heliasib. mathanias. mathani.
⁊ iasi. ⁊ bani ⁊ bennui. semei. et
salmias ⁊ nathan. ⁊ adaias. me
chue dabaia. sisai. sarai. ezrelech
semelau. semia. sellum. amaria. io
seph. De filiis nebii. ahihel. matha
thias. zebeth. zabina. ieddu ⁊ io
hel. banaia. Omnes hii acceperunt
uxores alienigenas. ⁊ fuerunt ex
his mulieres que pepererant filios.

Expl. lib. Esdre. i. Incip. lib. Neemie.

Verba Neemie filii hel
chie. Et fac
tum est in mense
casleu. anno
xx.mo ⁊ ego
eram in susis
castro. Et
uenit anani. unus de fratribus meis
ipse ⁊ uiri ex iuda. ⁊ interrogaui eos
de iudeis qui remanserant ⁊ superer
ant de captiuitate ⁊ de ierusalem. Et dixerunt m.
Qui remanserunt ⁊ derelicti sunt de capti
uitate ibi in prouincia in afflictione ma
gna sunt. ⁊ in obprobrio. Et murus ierusalem
dissipatus est ⁊ porte eius combuste sunt
igni. Cumque audissem uerba huiuscemo
di sedi ⁊ fleui. ⁊ luxi diebus mul
tis. ⁊ ieiunabam ⁊ orabam ante faci
em dei celi. ⁊ dixi. Queso domine deus
celi. fortis magne atque terribilis qui
custodis pactum ⁊ misericordiam cum his
qui te diligunt. ⁊ custodiunt mandata
tua. fiant aures tue auscultantes
⁊ oculi tui aperti ut audias orationem serui
tui. qua ego oro coram te hodie no
cte ⁊ die pro filiis israel seruis tuis. et
confiteor pro peccatis filiorum israel quibus pec
cauerunt tibi. Et ego ⁊ domus patris mei
peccauimus. uanitate seducti sumus.
⁊ non custodiuimus mandatum tuum ⁊ ceri
monias ⁊ iudicia que precepisti moysi
seruo tuo. Memento uerbi quod mandasti
moysi famulo tuo dicens. Cum trans
gressi fueritis. ego dispergam uos
in populos. Et si reuertamini ad me et
custodiatis mandata mea ⁊ facia
tis ea. etiam si adducti fueritis ad ex
trema celi. inde congregabo uos. ⁊ indu
cam in locum quem elegi ut habitaret
nomen meum ibi. ⁊ ipsi serui tui ⁊ populus
tuus. quos redemisti in fortitudine
tua magna. ⁊ in manu tua ualida.
Obsecro domine. sit auris tua attendens
ad orationem serui tui. ⁊ ad orationem ser
uorum tuorum qui uolunt timere nomen
tuum. ⁊ dirige seruum tuum hodie. ⁊
da ei misericordiam ante uirum hunc. Ego
enim eram pincerna regis. II

Factum est autem in mense nisan.
anno xx.mo artaxersis regis. et
uinum erat ante eum. Et leuaui uinum

Expl. esd. Incip. lib. neemie.